



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

10. An censeatur exemptio revocata, si Pontifex contra exemptionem
rescripserit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

lib. quest. 7. n. 1. ita & in revocatione privilegii dicendum est, contrariorum enim eadem esse solet disciplina, *Præses in locis legalib. loco à contrariis.*

Septima, privilegium à pluribus Pontificibus Principibusve confirmatum difficilius censetur tolli. *Decius conf. 165. n. 3. præsertim cum accedat favor piæ causæ aut Religionis. Decius d. conf. 165. n. 1. Cyn. l. 1. n. 1. C. quando imp. inter pupill. & vid. Finis opin. 69. Alex. conf. 123. n. 16. lib. 4. Ant. de Amatis d. Dec. 17. n. 9.*

Q U Æ S T I O X.

An censetur exemptio revocata, si Pontifex contra illam aliquid rescripserit,

„ **M**inimè, ut testatur Panormitanus, his verbis in *cap. pro illorum n. 14. de præben-*
 „ *dis.* Nota glossam, quod licet Papa mandet semel contra privilegium indul-

„ tum alicui Ecclesiæ, non per hoc censetur tollere privilegium, nec Clerici obedientes
 „ censetur renunciare privilegio, sed poterit de privilegio opponi, si alia vice man-

„ daretur contra privilegium, de privilegio non habita mentione. Ita ille, Ratio est,
 „ quia Exemptio unica contraventione tolli non potest, ut notatur infra *quest. 14.* &
 „ & qua ratione & solemnitate concedi, eadem & tolli debet. *1. nihil tam naturale, ubi*
 „ *Dec. & DD ff. de reg. juris.*

Q U Æ S T I O XI.

Obedientia Prælati Exempti an inducat quasi possessionem subjectionis, si
 Capitulum non consentiat?

S U M M A R I U M.

1. Subjectio cum sit incorporalis, an possit acquiri invito possessore, 2. Possessio in corporalium acquiri non potest sine patientia possessoris.

„ **Q**uestionem hanc movet Panormitanus *cap. cum dilectus n. 7. de Relig. dom.* quam
 „ hoc verborum tenore resolvit: Nota (inquit) hic, quod sola obedientia Prælati
 „ exempti non sufficit ad transferendum possessionem subjectionis in Episcopum,
 „ sed requiritur totus conventus, hoc etiam sequuntur DD, sed ego tene-
 „ rem hoc dictum in præjudicium Monasterii duntaxat, sed non in præjudicium
 „ Papæ, nam non Abbas & conventus, sed Papa possidet subjectionem in Mona-
 „ sterio, & hæc subjectio cum sit res incorporalis, non potest acquiri per alium
 „ sine consensu illius, qui eam possidet, ut in *le 2. C. de servit. & aqua*, vide *quest. seq.*
 „ num.